



**Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien.
I. C. Praestantissimi Volumen ...**

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo
Iurisdictionum, Iudiciorum, & Criminum materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm XLIX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96538](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96538)

- 1 Possessorio mero retinenda quis debeat obtinere, & nu. 3.
- 2 Ex conductione, & locatione rei facta colono, & a colono quando possessio probetur, & quando non, & nu. 19.
- 3 In possessorio retinenda titulus quando profit, & quando non.
- 4 Emphyteoticam rem esse dicens succumbit, nisi illam esse emphyteoticam probet, & nu. 6.
- 5 Conductor rei ecclesia sue simplex, siue ad longum tempus non potest rem ecclesia in emphyteosim concedere, nec alienare.
- 6 Res in dubio libera, & allodialis, non autem emphyteotica, nec feudalis presumitur.
- 7 Censualis res potius, quam emphyteotica ex prestatione census per plures annos facta censeri debet.
- 8 Et quid differat res censualis ab emphyteotica.
- 9 Mutus est ad instar minoris.
- 10 Minores, & similes etiam scientes rem esse emphyteoticam ob non solutionem canonis à iure emphyteotico non cadunt.
- 11 Causa super re, que à reo laico esse ecclesia negatur, debet coram iudice seculari ipsius laici cognosci.
- 12 Causa meri possessorij & presertim retinende super re etiam ecclesia potest à seculari cognosci, quando reus est laicus.
- 13 Emphyteotam ob non solum canonem, & uasallum propter feloniam commissam à iure suo cecidisse declarandi ius non transit contra heredes, uel successores emphyteotæ, & uasalli, & nu. 15, & 17.
- 14 Pœna legalis re integra contra heredem non transit.
- 16 Donarium propter ingratitude à donatione cecidisse declarandi ius non transit contra illius heredes, & successores.
- 17 Pœna ex delicto, & culpa non debet re integra contra heredes, & successores transire.
- 18 Per cõsuetudinem acquiritur possessio illi, cuius nomine factum fuit.
- 19 Colonus rem ab alio conuacendo non potest dominium sua possessione priuare.
- 20 Conservatoris officium quoad causas non dum inchoatas finitur per obitum concedentis, & creantur conservatoriam.
- 21 Defectus nullus maior est defectu iurisdictionis, & potestatis.
- 22 Conservatorum potestas, & iurisdictione quatenus extendatur.
- 23 Citationis defectus uirum tenent, & omnia alia acta etiam illis casibus, quibus quis est ipso facto iure suo priuatus.
- 24 Emphyteota non potest ob canonem non solum sua possessione priuari propria auctoritate domini, sed iudicialiter, & precedente citatione legitima.
- 25 Iuridice agendo, & uiam iudicariam eligendo requiritur citatio.
- 26 Emphyteota ob non solum canonem à iure suo non cadit, nisi domino declarante.
- 27 Et hæc declaratio à solo domino, non autem ab eo, qui in emphyteota si succederet, fieri potest.
- 28 Res obligata, seu hypothecata ecclesie pro solutione canonis, uel census potius dicitur censualis ecclesie, quam emphyteotica.

EPI TOME.

In possessorio retinendæ, & iudicio sequestrationis fructuum, quia ex forma statuti relaxandi sunt uero possessori, & non simplici detentori, quod is debeat obtinere, qui post suos predecessores rem tanquam liberam, & allodiam diu possedit, ac etiam possidet, & non ille, qui asserens eam esse emphyteoticam, & propter lineam finitam, & canonem non solum ad ecclesiam reuerfam, & uirtute cõcessionis in emphyteosim sibi facta ad se spectare, illius tenentam, ac corporalem, & naturalem possessionem abique dicti primi possessoris citatione obtinuit, & rem colono, qui prius illam à dicto primo possessore conducebat locauit, fructusque sequestrari fecit, & quod non fuerit probatum, dictam rem esse emphyteoticam, nec poterit declarari illam ob canonem non solum fuisse ad ecclesiam reuerfam, ex pluribus hic ostenditur.

CASVS CONSILII.



LI A S, & iam sunt anni septuaginta, & ultra, fuit in rerum natura Do. Borninus de Blanchis Eques, & patritius Bononiensis, &

hic de numero sexdecim uirorum, qui inter alia bona tenuit, & possedit unam eius possessionem uirorum centum uiginti, uel circa positam in comitatu Baguarola iuxta suos confines, quam, mortuo dicto Bornino, D. Pádulphus canonicus, & D. Ludouicus similiter fuit de numero sexdecim uirorum, filij, & uedes presari D. Bornini usque ad tempus canonum, & ultimo loco dictus D. Ludouicus pro sua, & quam suam tenuerunt, & possederunt, & mortuo D. Ludouico super sitibus D. Bornino iuniore, D. & D. Alexandro muti filijs ipsius D. Ludouici, communi super sitibus dictam possessionem usque ad diuisionem inter ipsos factam tenuerunt, & possederunt, & inter hos diuisione ea in partem obtinuit, & partem atque pertinuit ad dictum D. Borninum iuniorum, illam usque ad eius mortem tenuit, & possedit, & mortuo dicto D. Bornino iunior super sitibus Ludouico eius filio pupillo, atque minore, & prius cõstitutum in quo dictum eius filium Ludouicum instituit, eumque grauauit, & in casu, quo sine filijs suis legitimis, & naturalibus decederet, bona fideicommissum spectare deberent ad dictum Alexandrum fratrem dicti testatoris, certis appositionibus: qui Ludouicus filius, & heres institutus, & inter dictam possessionem usque ad eius mortem tenuit, & possedit. Vltimo loco dictus Ludouicus sexagesimum sue etatis annum decepsit, nullis ex partibus liberis, sed solum super sitibus dicto Alexandro uero illius patruo, suumque, fecit testamentum, in quo heredem uniuersalem instituit D. Violantem eius uirum, & tenentem, corporalemque possessionem bonorum dicti Ludouici apprehendit: & Alexandrum, & que predictus uirtute dicti fideicommissi in possessionem tenuit dicta possessionis, illamque ad diuisionem locauit, & fructus ex ea usque ad presens tempus cepit. Item ipsi Alexandro presari D. Violante, & uendit omnia iura, que in bonis hereditatis dicti Ludouici eius mariti habuit, et habebat. Modo quoque D. Ioannesmaria Mutinensis uirtute cuiusdam testamenti emphyteotici nuperrime ei facti à D. Fructu de Toffignanis pretenso conductore bonorum S. Stephani asserit dictam possessionem ad se spectare pertinere, cum illa tunc propter lineam finitam, & propter censum per biennium, seu triennium, et uel solum ad dictam Abbatiam reuerfam, et decedente ipse asserit, dicatur, qui D. Ioannesmaria aliter iato dicto Alexandro possessore obtinuit à R. D. Baguarola, & penes se fructus dictæ possessionis retinere, cum clausula etc. propter quod curator ipsius Alexandri muti comparuit, et à D. Prospero audiente R. D. Gubernatoris mandatum illud ad uiam adduci obtinuit, breui reuino, uel delicti triennio dictis sitibus assignato ad probandum de iuribus suis, et actus D. Ioannesmaria debuisse intentionem suam dare agendo petitorio, uel possessorio, ipse ab executione incipiendo insisteret fructus sibi debere relaxari ea, que habentur in l. i. C. de exequu. rei iudic. si cum nulla. ff. de re iud. Cumque, D. Prospero audiente dasset presatum Alexandrum mutum citari ad

dem uoluntatem super relaxatione Ioannesmarie, & sibi uel de graue non est inchoanda fuit nomine dicti sam uideudam, & ens Rete, per quoniam, & nihil, & dato, et neglecta, & comparuit miti, & mandatis uerboc, & possessionis ad ha, & decere, quod qui, & comparuit coram, & re, et allegauit ca, & tunc pendere in, & per uel et admiss, & gebatur, uel et s, & aorem dicti D. I, & curator dicti Alex, & do non contradic, & sifandi causa co, & arique parri ten, & bus suis super re, & nam, & uirtute, & quid fructus seg, & et p. uerus posses, & Quibus ita se ha, & diuisionem

C O
I s i s
mat
tu
cu
da,
obuenit, qui
etiam iudicet
per proprietate
gint, & est in
duo adque Bar
et cantam, de
est in possessio
quæ possessor d
lice Do. Ioann
possessione dic
hanc accret i
oblat, & color
Ioannesmaria
bico Quia ref
locatione rei p
do colonus res
scimus. ff. de ac
hoc ceteri, q
fidente coloni
facere possessio
sione priuare,
& tibi bac & or
rit. Preterea id
zandro dictan
ruit postea illi
quod present
inter factum
Toffignann
concernunt p
possessorii ret

dam voluntatem suam, nescio super qua res sed arbitrator
 super relaxatione fructuum ad fauorem forte dicti D.
 Ioannismarie, q̄ profectio fuisse ipsi Alexandro posses-
 sori ualde grane, et preiudiciali, quia ab exequutione
 non est inchoandum, in iuris preallegatis, supplicatū
 fuit nomine dicti Alexandri R. D. Gubernatori, qui cau-
 sam uideudam, et cognoscendam commisit D. Auditori
 bas Rato, per quos cum mandatum fuisse dicto D. Ioā-
 nismarie, q̄ nihil deberet innouare, ipse, neglecto hoc mā-
 dato, et neglecta commissione dicti R. D. Gubernatoris,
 impetravit mitti nunciū ad Massarium Bagnarole cū
 mandata uerbosus facto, quod deberet fructus dicte
 possessionis ad habitationem dicti D. Ioannismarie cō-
 ducere. quod quidem sentiens curator dicti Alexandri
 comparuit coram R. D. Gubernatore, et dicto D. Prospe-
 ra, et allegauit causam presertim super hac sequestra-
 tione pendere in Rotā: quam exceptionem cum Do. Pros-
 per nolle admittere, immo, nisi ex eius uerbis clare colligi
 gebatur, nolle super relaxatione dicti sequestri ad fa-
 uorem dicti D. Ioannismarie procedere, curator, seu pro-
 curator dicti Alexandri consentire, seu melius loquen-
 do non contradicere compulsus fuit, q̄ D. Prosper de hu-
 as fuit causa cognosceret, qui propter hoc assignauit
 utriusque parti tempus octo dierum ad probandum de iuri-
 bus suis super relaxatione dicti sequestri secundum for-
 mam statutorum ciuitatis Bononię, quibus canetur,
 quod fructus sequestrati debeant possessori relaxari,
 et q̄ uerus possessor sit simplici detentori preferendus.
 Quibus ita se habentibus, quid iuris sit super premissis
 est discutendum.

CONSILIUM XLIX.

Ins diligenter omnibus in prænarato the-
 mare propofitis, cōcludendum est, quod
 teum finius in meo possessorio retinen-
 da, prout ex processu constat, ille debet
 obtinere, qui melius de sua possessione probauerit,
 etiam si aduersarius esset dominus, & meliora iura su-
 pe proprietate rei haberet, ut ex dicto statuto colligi-
 tur, & est iuris clarissimi, ut habetur in l. 1. & in l. si
 dicitur Bar. ff. uti possid. & per canonistas in c. li-
 cet cautam. de probatio. cum si. Sed dictus Alexander
 est in possessione, & de illa melius probauit, ergo tan-
 quā possessor debet quoad fructus obtinere, quoniam
 ille D. Ioannismaria nunquam possedit, nec fuit in
 possessione dictæ rei, per se, nec per alium, & ipse rē
 hanc neciret inuenire, nisi ab alio duceretur. ¶ Nec
 obstat, q̄ colonus dictæ possessionis rem ad dicto Do.
 Ioannismaria conduxit, ut constat ex instrumēto pu-
 blico. Quia respondetur, q̄ licet ex conductione, &
 locatione rei possessio probetur, seu acquiratur, quā-
 do colonus rem ab alio conduxit, ut in l. 3. §. quod si
 feruus ff. de acquirend. posses. cum similibus. tamen
 hoc est uerū, quando alius nō possideret, nā alio pos-
 sidente colonus non potest conducendo ab alio illum
 facere possessorē, & primum possessorem sua posses-
 sione priuare, ut est text. in l. quamuis. §. si conductor.
 & ibi Bar. & omnes. ff. de acqui. posses. & in l. si. C. eod.
 tit. Præterea idem colonus & ante, & post à dicto Ale-
 xandro dictam possessionem conduxit, ergo non po-
 tuit postea illi præiudicare, ut supra. ¶ Non obstat
 quod præsumitur instrumentum emphyteoticum no-
 uiter factum dicto D. Ioannismarie per D. Franciscū
 Toffignanum, nec quidam liber priuatus. Quia hæc
 concernunt petitorium, & ad causam præsentē meri
 possessorii retinendā non faciūt, quia nihil habet cō-

mune dominium cum possessione, ut est casus in
 terminis nostris in l. naturaliter. §. nihil cōmune. ff.
 de acq. posses. & l. 1. §. huius autem. ff. uti possid. &
 3. ¶ quamuis titulus etiam in hoc possessorio quando q̄
 proficit, hoc tamen procedit, quando quoad probatio-
 nem possessionis testes, & probatioes essent pares
 pares, ut quia uterque de pari possessione respectu re-
 poris probaret, item testes hinc inde essent pares re-
 spectu numeri, & qualitatē, secus si unus probaret de
 antiquiore possessione sua, & prædecessorum suorum
 etiam per pauciores testes, & alius de iuniori posses-
 sione, uel unus probaret de possessione presentis tem-
 poris per plures testes, & alius per pauciores, tunc. n.
 instrumentum, seu probatio facta de proprietate, &
 potiori iure nullo modo suffragatur, sed præferendus
 est ille, qui melius de sua possessione probauerit, ei,
 qui melius de titulo probaret, Bar. in d. l. si duo. in pri.
 & in d. §. nihil cōmune. & canonistæ communiter
 in d. c. licet causam. Secundo respondetur, q̄ hæc res
 de qua agitur, nunquam fuit ecclesiā, nec emphyteo-
 4. tica, & de hoc nullo modo legitime constat, ergo q̄ de-
 bet succumbere aduersarius, qui dicit rē esse emphy-
 teoticam, nisi id probet, Spec. in titu. de locat. §. nunc
 uero aliqua. uerf. 72. 73. & 74. & D. Franciscus nō po-
 tuit nunc ad præiudicium dicti Alexandri muti con-
 cedere dicto D. Ioannismarie pro remuneratione suæ
 mercedis in emphyteosim dictam possessionem, illā
 que emphyteoticam, & ecclesię subiectā facere. Præ-
 terea posito, sed nullo modo concessio dictam rem ef-
 se præfate Abbatię subiectam, tamen adhuc dico do-
 minum Franciscum non potuisse illam in emphyteo-
 5. sim concedere, cum ab Abbate, qui ei locauit, hæc po-
 testas illi concessa non fuerit, quia q̄ aut ipse Dom.
 Franciscus est simplex conductor, & non potuit plus
 iuris in alium transferre, quam ipse habuerit. l. ne-
 mo plus. ff. de regulis iuris. & l. si domus. in fin. cum
 ibi not. ff. de lega. 1. & c. quod autem. in fin. de iure pa-
 tron. aut est conductor ad longum tempus, & sic ta-
 lis, qui dominium utile, & naturalem possessionē ha-
 bet, iuxta ea, quæ habentur in l. codicillis. §. instituto.
 ff. de leg. 2. & tūc ipse nō potuit alienare, hoc est Em-
 phyteosim concedere, nā concessio in emphyteosim
 est alienatio, ut in c. nulli. de reb. ecclēs. non alien. iū-
 cō c. potuit. de loca. & in l. si. C. de iure emphy. & Spe-
 cu. in d. tit. de loca. §. nūc uero aliqua. uerf. 125. Rur-
 6. sus negatur dictam rem esse emphyteoticam, & q̄ qui
 dicit illam esse talem, probare debet, alioquin succū-
 bet, ad tradita per Specul. in loco præallegato, uerf.
 72. cū sequen. & sequen. & l. qui accusare. C. de eden.
 in dubio enim res præsumi debet libera, & allodialis,
 non aut emphyteotica, nec feudalis. l. alius. cum l. se-
 quen. C. de seruit. gl. in c. pia mentis. 7. q. ult. c. 1. §. de-
 functo. & ibi Bal. omnesq; feudistæ, si de feu. fuer. cō-
 tent. inter do. & agna. Ioan. Andr. & alij in c. fi. de iudi-
 di. & in c. nimis. extra de iure iuran. Ioan. Andr. in ad-
 dit. ad Spec. in tit. de feudis, in uer. cessante. Bal. in l. li-
 bertinis. ff. de statu homi. & Alex. in conf. 129. in 1. no-
 lum. cum similibus. & q̄ licet forte simpliciter cōsta-
 7. ret de præstatione census per plures annos facta, ta-
 men ex hoc res non debet censeri emphyteotica, sed
 potius censualis, quia in dubio præstationes debent
 censeri factæ iure censuali, & non emphyteotico, ni-
 si contrarium appareat, ut est text. in cap. constitutus.
 & ibi doctor. de religio. domi. Imol. in cap. ad audie-
 tiam. de rebus ecclēs. non alien. Deci. in consil. 138. in
 2. colum. uerf. cum similit. in causa census. & in consil.
 146. in 1. colum. & Alberic. in l. 2. C. de iure emphy-
 8. teot. & q̄ hoc est utile, quoniam per non solutionē
 canonis etiam ultra biennium quis à iure suo non
 caderet, etiam si per decem annos, & ultra solue-



re cessasset: sed ecclesia tunc solum potest agere ad censum non solum, ut habetur in locis proximè allegatis. Præterea Alexander, qui est mutus, est ad instar minoris, iuxta tex. Inst. de curator. in §. sed & mēte captis. iuncta l. si prædia. ff. de rebus eorum. & in rubri. ff. de curatoribus. Item Ludouicus eius prædecessor, qui prius dictam rem tenuit, erat minor uiginti annis, ergo hi non potuerunt à iure suo cadere propter non solutionem canonis, tum quia rem esse emphyteoticam ignorauerunt, ex quo in ius alteri successerunt, arg. l. qui in ius. ff. de reg. iuris. tum quia minores, & similes personæ cum effectu à iure suo non cadunt ob non solutionem canonis, etiam si scirent rem esse emphyteoticam, quia uel in integritate restitutionunt, uel ipso iure non incipiunt currere hæ præscriptiones temporales, uidelicet quæ propter cessationem biennii, aut triennii quis cadere dicatur, secundum ea, quæ habentur per tex. & ibi Doct. in l. sancimus. i. fi. C. in quibus cau. in integ. rest. non est necessaria. Unde in casu, quo constaret dictum Alexandrum mutum ad solutionem alicuius canonis, uel census tueri, ipse, uel curator suus, quod hoc ignorauit, offerret se soluturum id, ad quod de iure tenetur. Sed interim Alexander non est sua possessione priuandus, ut cantant omnia iura. Verum cum hæc in causa petitorii sint discutenda, ideo super illis in presenti causa sequestrari non est insistendum. ¶ Anima duertur et, utrum dictus D. Ioannes maria infra quinque dies à die factæ sequestrationis fecerit suam petitionem super causa principali, & super meritis causa, quoniam si facta non fuisset, sequestratio esset ipso iure nulla, & dicto Alexandro non noceret, ut habetur in statuto de sequestrationibus. ¶ Nec illud omitam, quod cum causa hæc fuerit dominis Auditoribus Rotæ commissa, melius foret, si per eos cognosceretur. Nec aduerfatur, si pars aduerfa diceret, causam hanc non posse coram iudicibus laicis cognosci, quia si id uerum esset, quando pro certo constaret rem esse ecclesiasticam, & Alexander ipse hoc cõfiteretur. Sed ex quo negatur illam esse ecclesiasticam, ea debet cognosci coram iudice seculari ipsius Alexandri ex illa regula, quod actor sequitur forum rei, ut est tex. in c. si clerici laicum. de foro compet. Præterea ambo ipsi litigantes sunt laici, ergo causa per iudicem secularem cognosci debet, & potest. Accedat ad hæc, quod cum in presentia agatur de possessione rei temporalis, & iudicium sit super possessorio retinendæ, ut supra, quæuis uerum esset rem esse ecclesiasticam, (quod negatur) tamen causa adhuc deberet per iudicem secularem ipsius Alexandri rei conuenti cognosci, quoniam causa possessoria meri, & maximè retinendæ super re etiam ecclesiasticam potest per secularem cognosci, quando reus est laicus, ut est tex. ibiq. doct. omnes communiter in c. si de iudi. in c. in literis. de iuram. calum. in c. i. ubi Domini. & alii, de resti. ipolia. in 6. & Guid. Pap. in suis q. in q. r. Et hæc est ueritas, quicquid dicant illi, qui canones uidere negligunt. ¶ Considerandum est et, quod licet constaret rem esse emphyteoticam, & dictum Ludouicum ob non solum canonem potuisse declarari à iure suo cecidisse, quæ omnia negantur, tamen

13 Tex quo requiritur declaratio, & uoluntas domini, alioquin emphyteota à iure suo non cadit, ut in c. potuit. ibiq. Abb. & alii in ult. notab. extra de loca. & Bald. in l. si. in fi. uer. C. de reuocan. donat. sequitur, quod hoc ius declarandi contra heredes, uel successores emphyteote non transit, quoniam præna legalis re integra contra heredem non transit, Bar. in l. licet. §. quod aut. ff. quod quisque iur. Alex. in l. eius, qui ff. si cer. pet. & l. i. C. ne ex delict. defunc. & ad propositum optimè facta id, quod uoluit Bal. in d. l. si. circa fi. C. de reuocan. donat. quod si uasallus commisit feloniam, propter quam

iure feudi priuandus ueniat, & dominus uiuente feudo nihil dixit, nec conquestus fuit, non potest dominus mortuo uasallo, contra heredem mouere litem, & declarare illum à iure suo cecidisse, quamuis facta ad dominum ipso iure diceretur esse reuocatum, tunc dicitur ipso iure ad dominum reuerfium, si dominus declarauerit, seu uoluerit, & hoc petierit. Et si re integra uasallus, seu emphyteota deceferit, & la facta declaratione, hoc ius declarandi ad effectum caducitatis non dicitur contra heredes, & successores emphyteote, seu uasalli transire, & bene ad potestatem facit, quod uoluit gl. si. & ibi Anto. lo. de iur. & alii communiter in c. fi. de donatio. ubi ius dicitur donatarium à donatione propter ingratitude cecidisse non transit contra heredes, & successores donatarii, & idem habetur in d. l. si. & l. his solis. ubi no. C. de reuocan. donat. Præterea Alexander non fidei dictam possessionem non à dicto D. Ludouico sed ab ipso D. Bornino, qui dictum Alexandrum habuit in casu, quo Ludouicus sine filiis deceferat, per quam substitutionem Alexander dicitur D. Bornino & non Ludouico successisse. l. cohare. d. §. cum fili. ubi gl. Bar. & alii. ff. de uulgari, & pupillari. Vt et ipse Alexander dicitur possidere ex cessione filii per D. Galeatum de Blachis, ut constat ex processu, & non ab ipso Ludouico asserto emphyteota, quæ canonem non solum à iure suo cecidisse ab ipso ergo Alexander possidens ab alio, quam ab ipso Ludouico non potest expelli, nec sua possessione priuari, ut uoluit i. terminis Bal. post Inn. i. c. inter quos de maior. & obed. & omnino uidendus est Baldus imperialem. in §. super. in ult. col. uer. confidetur. de hib. feu. alien. per Fed. qui uoluit, quod si uasallus potest feudo priuari ob aliquam iniuriam domino illatam, uel aliud delictum, & dominus uiuente uasallo iudicem contra offensorum non mouit, mortuo offensore non potest dominus contra illius filium, seu heredem, si non do succedere debebat, se mouere, nam ex quo successio uenit ex delicto, & culpa, ea non debet retro heredes, uel successores transire, arg. l. rei. §. heredes. sol. mat. d. l. si. C. de reuocan. donat. & c. si de dona. ubi no. in c. i. §. potest. que fuit prima caus. bene dicta ten. & leius, qui delatorem. ff. de iure fisci. Item actio est quasi actio iniuriarum, quæ ad uindictam dicitur. d. c. potuit. de locat. & Alex. in l. si in f. l. de no. in l. si ille. C. de decurio. lib. 10. & hoc est uerum procedit, quoniam quis à feudo, uel ab emphyteota in re non cecidisset, quia factum hois, hoc est de decurionem, secus si ipso iure, ut ibi p. Bal. sed de teota ecclesiastica ipso iure non cadit, quia uoluntate declaratio domini requiritur, ut supra, & habetur d. c. potuit. ergo declaratione à domino contra emphyteotam non facta, ea non poterit contra heredem successorem fieri: & ita aliàs legendum d. c. potuit. sequutus in ultimo notabili, & hæc est ueritas.

ADDITIO.

Post uisionem processus addo, quod constare debet de possessione ipsius Alexandri ultra aliam, quam D. Violantem uxorem eius, & heres Ludouici de Blachis, qui in causa re, de qua agitur, tenuit, & possedit, de mense Augusti anni 1535. hæc hereditate Ludouici ingressa fuerat in iudicis ut hæres dicti Ludouici ingressa fuerat in possessione bonorum hereditariorum, & præsertim dictam qua ipse tenuit, & possedit usque ad ipsam, quo in dicta cessione, & transactione facta inter ipsam, & Alexandrum ipsam D. Violantem constituitur. Iocando & expressè se nomine dicti Alexandri possidere, & instrumentum transactionis predictæ continetur, & rogato per ser. Lactantiu de Pazacchis, in pro-

deductis: & hæc pro nunc sufficient; & si qua alia dicto Alexandro obflare uidebuntur, me illis responsum offero. Laus Deo.

S V M M A E.

- 1 Narrata in instrumento fidem inter ipsos contrahentes faciunt.
- 2 Verba in dubio prolata debent intelligi secundum subiectam materiam etiam contra illorum propriam significationem.
- 3 Verba Genitiui casus quando dominium, & quando possessionem importent, & nu. 8.
- 4 In possessorio retinenda probatio principaliter de mera possessione, & non de dominio fieri debet.
- 5 Et quomodo in eo etiam de dominio agatur, & per probationem factam super possessione dicatur etiam dominium probari.
- 6 Dominium quando ex probatione solius possessionis inferatur.
- 7 Et quando probetur ex eo solum, quod quis probauerit se filium, & heredem defuncti possessoris.
- 9 Per constitutum de possidendo uere, & proprie transferitur possessio, & quando.
- 10 Et quando fundans se in constituto probare debeat constituentem tempore constituti possidisse, & quando secus.
- 11 Verbum sum, es, est, rei substantiari, & proprietatem denotat, & quando etiam solam possessionem possit importare.

E P I T O M E.

Verba Genitiui casus iuncta uerbo sum es est posita in capitulis transactionis factæ super lite, quæ super possessorio retinenda uertebatur, etiam ad solam possessionem referri, illamque solam posse importare, hic probatur.

CONSILIVM L.



RTA fuit controuersia super quibusdam uerbis quarti capituli transactionis inite inter illos de Blanchis, & Nobiles de Volta. An uerba illa, *che tutti li beni, che s'è prouato nelli atti fatti inanzi à Monsignor d'Aragonia Auditore appresso li atti di Ser Lodouico Milanesse, essere di Madonna Diamante, siano dati, & consignati per li arbitri à Guasparri*, intelligantur de probatione dominii duntaxat do. Diamantis, an uero etiam de probatione possessionis tantam, & licet Aduocati illorum de Volta nitantur demonstrare, illa fore intelligenda in solo dominio, ut in eorum allegationibus habetur, tamen contrarium uerius esse ex pluribus dici potest. Præsupponedo prius, quod probationes hinc inde, de quibus in actis dicti Ser Ludouici, dicuntur factæ in iudicio facto super merito, & simplici possessorio retinenda uti possidetis, cum, ut ex uerbis rescripti Papæ constat, consonent solum in mero possessorio. Secundo præsupponitur, quod post longam inter partes causæ discussionem Reuerendi Patres Rotæ Auditores pro concordia amborum partium capitula, super quibus transactum fuit, ediderunt, & composuerunt, ueluti innuunt narrata in instrumento transactionis, quæ inter ipsos contrahentes fidem faciunt ad not. in auth. si quis in aliquo. C. de eden. & per scriben. in cap. quoniam contra. circa fin. extra de probatio. Supponedum est etiã, quod eo tempore, quo prædicta capitula fuerunt edita, iam ipsi R. Patribus Rotæ Auditoribus ambarum partium testimonia erant nota, & manifesta, cum res esset in calculo ferenda sententiæ, & de hoc dicti R. Patres fidem facere possunt. Ultimo generaliter uerum est, uerba in dubio prolata debere intelligi secundum subiectam materiam etiam contra illorum propriam significationem. l. infulam. ff. de præscript. uer. l. si stipulatus. ff. de usuris. l. si unam. cum glof. & in l. lege. in fin. glof. magnæ. ff. locati. Alexand. & alii in rub. ff. de noui oper. nunciat. ¶ Stantibus his, quod prædicta uerba intelligantur etiam de probatione bonorum

respectu solius possessionis, quæ habuit dominus amares. Primo ostenditur, na licet uerba illa, *Madonna Diamante* in latinum conuersa sint genitiui casus, de cuius natura est dominium importare. l. ff. de religio. & sumpt. fun. cum aliis, tamē uerba genitiui et possessionē solā, & quandoque simplicem, & detentationē importare solent, ut in l. 2. in prima. glof. ff. ui bono. rapt. & in l. 1. §. potestatis. ff. de cultio. glo. in l. 2. in prin. ff. de orig. iur. Barto. in l. 2. §. argento. ff. de auro, & argen. legat. glo. fin. C. de edict. diui Adria. tollen. & in l. 1. §. aut precum sequent. ff. de nauta, caupo. stabul. & ideo ad hanc hanc iurium repugnantiā docto. committer, & præcipuē Alex. post alios, quos allegat in d. br. in 7. col. dicunt, uerba genitiui casus esse à materia subiecta restringenda, & declaranda, ut si probetur in casu, quo principaliter, & directē de dominio agatur, solum dominium dicatur importare, & inferantur in casu, in quo solum, & principaliter de possessione agatur, solum denotent possessionem. In casu occurrenti uerba genitiui casus, de quibus in dicto quarto capitulo, referuntur ad probationem, & retinendam in iudicio possessorio retinenda, in quo merito solum principaliter fieri debet de mera possessione, & non de dominio, in l. naturaliter. §. nihil est ibi scriben. ff. de acquiren. possessio. Bart. in l. ff. uti posside. §. retinenda. Insuper, de interdictis. & alii in c. licet causam. extra de probatio. ergo intelligenda de bonis, quæ probata essent iudicialiter Diamantis etiam quoad solam possessionem. Suadentur prædicta uera esse ex eo, quod uerba dicti capituli fuerunt edita à Reuerend. Dominis Auditoribus Rotæ, quibus attestaciones, & alie probationes hinc in dicto iudicio possessorio factæ in actis Ser Ludouici notæ, & manifestæ fuerunt, ergo uerba illa, *li beni, che s'è prouato essere di Madonna Diamante*, uti debent intelligi de illa probatione, quæ probatur facta apud illa acta, & secundum quod prædictum probationem de dictis bonis esse factam. Secundo. At in dicto iudicio alie probationes factæ non fuerunt, nec fieri debuerunt, nisi quoad ueram possessionem, ex quo iudicium erat merum possessorium, ergo de probatione illa debent intelligi, quæ factæ sunt, & fieri debuit in dicto iudicio possessorio, & consequenter de probatione possessionis, alioquin capulum illud fuisset frustratorie positum, & Gasparri, seu nihil profuisset, si de probatione solius dominii intelligi deberent. Secundo principaliter toto absque ueritatis præiudicio, quod illa uerba genitiui casus deberent de probatione dominii Diamantis intelligi, in iudicio meri possessorii retinenda, quo principaliter de possessione, & incidenter de dominio agitur, ad tradita per Barto. in d. l. ff. de prob. per Abb. & alios in d. cap. licet causam. per probationem factam super possessione dicitur etiam inferri probari dominium, & consequenter in casu currenti dicitur probatum dominium Diamantis eo modo, quo in possessorio retinenda probari potest, & de hoc dominio casu, quo uerba genitiui dominium importarent, debent intelligi in dicto capitulo; nam licet ad probandum solam possessionem, tamen quando sumus in iudicio, in quo dominio incidenter agitur, tunc ex probatione solius possessionis dominium inferitur, ut habetur per Innocentium. extra de præsump. & per dominos de Rotæ. c. 330. nonis. iunctis iis, quæ uoluit gl. in l. si queratur. ff. si serui. uedi. Bar. in l. quidam in l. l. cum res. ff. de probatio. & in l. rem aliena. ff. de probatio.